
PRAEFATIO

NOVAE EDITIONIS.

Quoties vnus alteriusue lucubrationum mearum iteratam editionem parandi a librariis mihi data est occasio, toties vel ideo maxime eandem laetus arripui, quod iam exoptatus mihi daretur locus, ea quae in priore aut incuria fudit aut humana parum cauit natura, emendandi, alia supplendi aut aliis substituendi, verbo, ingenii foetum, quantum in me erat, comptum magis ornatumque de-
nuo emittendi.

Eundem vero animum idemque studium in noua hac physiologicarum institutionum editione paranda magnopere auxit tum disciplinae grauitas tum vero

XII PRAEFATIO NOVAE EDITIONIS.

naculam, Belgicam et Russicam, testantur. Ideoque eam non quidem paginarum, verum multimoda rerum accessione audiorem, ordinem autem capitum naturae magis consonum, vniuersum vero librum tironibus quam vtilissimum reddere studui.

Maiores quidem eius pars iam ante annum et quod excurrit, sub prelo sudauit; quod lectores nescire nolui, ne forsitan nouissima quorundam auctorum nomina ad eam partem facientia in ea desiderarent.

Icunculam quae titulum huiusmodi institutionum satis apte ornare visa est, humani scilicet corporis a Prometheo effecti, a Pallade autem animati, ex anaglypho sarcophagi qui iam in museo Capitolino seruatur, mutuauit.

Scr. d. 29. Sept. 1797.